



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Matrem ad extremū vsque halitū ita constanter prædicavit & coluit ut glorioso planè Cognomento Divæ Mariæ Doctor sit appellatus. Ex Annal. Tuit.

XIII.

EVERHARDVS MARCKANI *sanguinis Heros,* alternantibus huius mundi bonis & malis *eruditus,* mentis oculum in DEI omnia videntis ac vindicantis oculos pavidè circumferre solebat, sæpius familiaribus suis illud B. BERNARDI ingeminans: *qui pavet, caret: qui negligit, incidit.* Quo salutari timore ita mores, vitamq; instituit, ut à Leone X. purpurà merito suo donatus sit; insigni Animarum, Patriæque Leodiensis bono; quod etiamnum loquuntur erecta ab illo posteris monumenta, à quibus aurea prope Leodium secula vidit ac vixit. Demum à CLEMENTE VII. VALENTINVS Episcopus LEGATVSQVE à latere creatus est, cirà annum Christianum MDXXI. quibus augustissimis titulis oneratus potiùs, quàm ornatus, soli Deo gloriam tribuens, Iesûque nomen ingeminans exspiravit, Patribus suis dignè appositus. *Chron. Leod. Eccles. P. Lobbet.*

XVI.

VRBS *Santensis,* situ Basilica, clero illustris celebrat